

1268 oct. 15.

et nobilis de Heynsbergh ⁴¹ anno scilicet domini 1268 ¹³⁷ forti
armatorum manu contraria civitatem Coloniensem per
quandam domum muro civitatis adherentem amplo aditu
per murum civitatis per aliquos vires corruptos favore sive
pecuniis patefacto in cuiusdam noctis intempeste ²¹ silentio
subintraverunt. Sed vires facto huiusmodi percognito ad arma
conclamantes dictos nobiles vi armata repulerunt, ubi dictus
dominus de Valkenborch ⁺ frater archiepiscopi primo congressu
occiditur, dux Eymburgensis capitur, plurimi alii occiduntur,
alii fuga dilabuntur. Tandem quoque post multas clades per-

¹³⁷ De anno v. Ennen Gesch. der
Stadt Koeln II, 199. Illo tempore
Engelbertus adhuc in vinculis
comitis Juliacensis iacebat.

1274 nov.

pressas idem dominus ¹¹ Engelbertus obdormivit in domino,
sepultus in ecclesia Bunnensi. Nam civitas Coloniensis tunc
temporis propter causas supradictas ecclesiastico subiicit interdito.

1274 nov. 25.

Syfridus ⁴¹ Coloniensis archiepiscopus ⁺ ⁺

Quinquagesimo tertio loco fuit ordinatus in archiepiscopum
Coloniensem sedens sub Radulpho ^{v1} et Adalpho ^{u1} Romanorum
regibus annis 23 mensibus 5 venerabilis pontifex Syfridus
de domo nobilium de Westerburgh ¹¹ natus, prius ecclesie Agua-
tine prepositus, vir honoris et fame preconiis non indignus.
Contra hunc Syfridum statim post suam ad ecclesiam
promotionem ³¹ multi potentes et nobiles tam episcopi eccle-
siarum quam laici domini temporales vehementer insurgentes
omnem episcopatum igne et ferro undique invaserunt. Quibus
idem archiepiscopus a sua iuventute ²¹ terminis exercitatus
necnon asperitates ⁴¹ algoris et inedia atque vigiliarum expertus
nunc hiis nunc illis vicem viriliter rependebat. Inter quas sue

Hist. imp. Col.

^{of hist. imp. Col.}
⁺ add. ⁶¹ equo insidens. ⁺⁺ add. sequentia, quae fortasse spectant ad concilium
provinciale a Syfrido habitum, cod. 2 in marg. circumciso manu paulo recentiori.
... provincialia commutata sunt. Nec autem prefata statuta anno domini 1457
in octava parte per reverendissimum patrem et dominum magistrum Nicolaum de
bursa cardinalem presbyterum ymmo episcopum et legatum papae Nicolai V. renovata sunt.

1. Heynsbergh 2. Heynberg 3. Comes Heynsb. des. 4. 5) in tempestate 3. 4) dictus 4. 4' 4".

u) Syfridus 3. v) Radolpho 1. 4. 4' 4". w) Adalphe 2. x) Westerburgh 1. y) promotionem 1. 4. z) iuv. sua 2. a) asperitatis 1.